



Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorūmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

Vis & Metus. à. n. 332.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

tem Catholicum, Quia secundum Lessium, si puella nequeat inter Catholicos reperire Con-
jugem paris conditionis, posset licite nubere
Acatholico, intellige, si defit periculum sub-
versionis, & pactum impium educandi preles
in fide heterodoxa.

§ 32.

Vis & Metus.

CONFERTIA XXVI.I

Filia à juvēne Ruprātā desert illum ad Patrem
qui stupratori minatur accusationem apud ju-
dicem, & pœnas debitas procuraturum via ju-
stitiae, nisi eam ducat, hic eo metu percussus,
ducit illam in uxorem: quæritur, an valide
ratione metus.

R. Validissime: quia hic metus juste incuti-
tur: jura autem hujusmodi matrimonia non
irritant, nisi propter metum injuste incussum;
Igitur &c.

CONFERTIA XXVIII.

Inimicus tuus te insequitur disticto gladio
ulcurus injuriam sibi à te illatam: tu videns te
esse in manifesto periculo mortis, procidis in
genua dicens: parce viræ, accipiam unam ex
filiabus tuis in uxorem, eamque dotabo. Et
ne hic metus sequens matrimonium irritans.

R. Negativè Ratio est: quia non est incusus
in ordine ad contrahendum matrimonium, sed
ad vindicandum injuriam, adeoque tu liberri-
me consentis in id, ad quod alter te non cogit

O 3

CON-

334.

CONFERENTIA. XXIX.

Procus procuratur pro filia cuiusdam vidua illa nil minus vult quam procum: Hæc autem nisi Proco nupserit & verberibus te excipiam & mater tibi amplius non ero. Filia ergo horum timore adacta consentit in Matrimonium; an valide.

R. Invalidus: Ratio est: quia intervenit matus gravis iniuste incusus à causa extirpationis Libera, talis autem secundum omnes irrita Matrimonium, cum propriet diminutam libertatem tum propter injuriam filiæ datam.

Ordo.

335.

CONFERENTIA. XXX.

CLericus accipiens Subdiaconatum expressum protestatus est contra votum Castitatis ipsius ex voluntate Ecclesiæ annexum, & ideo postmodum contraxit matrimonium; an valide,

R. Cum P. Gob. Casu 13. de Matrim. n. 27. ipsam quidem liberum esse à voto, nuptias tandem ipius fuisse sacrilegas & nullas, non quidem ratione voti, sed ratione ordinacionis sacram libere suscepit. Ratio est utique voluntas Ecclesiæ instituentis.

CONFERENTIA XXXI.

336.

Quidam existimans, votum Continentis Ecclesiæ annexum quatuor minoribus Ordinibus, cum qua persuasione permisit se ordinari priusquam autem sibi ciperet Subdiaconatum duxit uxorem: quæritur an valide! R. Gob.

cit.
do
tan
Se
vot
tim

L
viro
nis
ran
ips
bue
seu
tive
Epi
nur
P

in p
Con
cun
viris
nive
cont
mor
III,
terr
cit.